Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Straßburger Formularbuch - Cod. St. Blasien 98

[Straßburg], [um 1450-1470]

Teufelsbrief. "Processus principis infernalis ... Sathan, spriritus presumpcionis, servus servorum Antichristi ... Ad ex tollendum gloriantes in malicia et ad reprimendos vituosorum conatus ... - ...

urn:nbn:de:bsz:31-53538

Visual Library

processus principis infernalis quo remedias
platos ecclie malignantium

Sathan spiritus presumptionis seruus seruorum antixpi serpentina cooperatione
astucia demoniorum Imperator, humano generi semper infestus Rex
Thartari tribulissimus princeps infernalium prouinciarum, Dux Ig-
nominiose miserie et calamitatis Marchio gehenne et hellebrandensis
lantgrauius tenebrarum horribilissime obscuritatis, Burggrauius profundi
Acherontis, Comes nephandissime Iniquitatis Baro et dominus mortifere
et letalissime bestialitatis Vicarius purgatorij perfectus Carceris exilij
Rector vniuersitatis dampnatorum preceptor inflictionis infinitarum
penarum Administrator cruciatuum et horroris in perpetuum durabilium
Inimicorum xpi capitaneus Altissimique et omni sibi adherentium aduer-
sarius principalis Mille artifex primusque et nouissimus eterne
dampnacionis heres Vniuersis et singulis ecclastici status princi-
pibus tam secularibus quam regularibus gradus ordinis condicionis et pre-
minencie cuiuscunque existant a summo vsque ad infimum etiam malig-
nancium reputatibus quibus presentes nre lre diriguntur vite sue pro-
speritate et nri fauoris graciam pro salute et quo ad mras inspiraciones
nre acquiescere voluntati, Ad extollendum gloriantes in malicia et
ad reprimendos virtuosorum conatus inferorum versucialis peruersitas
suspiciens de abisso erexit in orbe regionum diuersarum plura et principum
potestates et potissime platorum magnificencia de mamone iniquitatis
singularis sublimauit ad regimen populorum non solum ut eis dominando
possent sed ut dolosis machinacionibus sathanice inspiracionis aliorum
oppressionibus insistent ritus et mores sub humilitate viuencium
pessimis exemplis peruertendo, Nam inter ceteras cogitacionum curas
quibus pro Imperij nri augmento et omnium nobis adherencium infelicitate
nra interna continue agitantur vocis nris ingeriter et ad
hoc practice nre acien digimus quod malignitas ecclie platos in
suis erroribus confoue et ad enormitatum detestabilium perpetraciones
nris quemendacionibus dignas incessanter instigare valeamus
ne vigilias nras pertransiuisse in ocio videamur, Dudum siquidem
dilectissimi filij quidam aduersarius nr nomine Jhus nazarenus
quem gens Judaica nobis in perpetuum tributaria turpissima morte
suis demitis exigentibus condempnauit terribili nre maiestati gra-
uissimas intulit Iniurias atque dampna Imperium et regna nra
violencijs spolijs et rapinis maxime offendendo et per hoc formi-
dande nre potestati ~~[illegible]~~ terne derogando, Et hijs non contentus
idem aduersarius nr certos suos post se in terris ~~[illegible]~~ discipulos
et vicarios tamquam sue vicarios venenosos Imperio contrarium dereliquit
Cum per predicaciones ipsorum quam signa et virtutum opera temporibus illis
Adeo choruscarunt quod per eorum vitam ~~vere~~ [forme] totus mundus a nostro
tyrannidis iugo auersus et ad suam doctrinam et vitam conuersus
fuit Vnde tributa nobis de mundo debita ex hoc decreuerunt

[illegible]

~~tm~~ quod aliquandiu valde modica et quasi nulla recipiebamus propter quod
infernalis vorago amplius gemens tantos emisit ululatus quod ferrei
nostri pectoris inclementia utique id amplius non potuit tollerare
Verum quia nos semper habuimus habemusque et in perpetuum habebimus
posse vindicandi iniurias antedictas et illata dampna
moleste ferentes ad animi renovationem livorisque rancore et odio in-
comparabilibus ducti illata nobis dampna in posterum recuperare
et pro hiis vindictam apud adversarium nostrum querere volentes spiritum
elacionis alias nostra demoniata prodigalitate vobis in statu ea
hinc primo et fraudulentis suggestionibus in ~~vobis~~ vestris intimis suscitavimus In
tristicia quoque vita mutando per medium dilectissimarum filiarum nostrarum
superbie invidie avaricie iracundie gule luxurie et accidie sine
quorum consilio nichil facere consuevimus in tantum apud vos operati sumus
quod vos eciam ipsi et nobiscum certum sicut scitis iniustis et solemniter prout
decet confirmatis confederacionis federe cuius temporibus inter nos vestri perpetuamus
duraturis quotiens namque apud vos spirituales fuerimus mansuri singulariter
totiens vestras reperimus providencias ad nostra beneplacita preparatas
Et licet vos dudum suggestionibus nostri adversarii ut presumitur
allecti eundem aliquotiens professi fueritis ore dumtaxat mente
tamen et intencionibus cordialibus nostris persuasionibus magis inclinati
ea quae nobis placent adversario nostro displicent plus quam econverso
perpetrare studuistis habentes forte prout verisimiliter credendum est
de hoc experienciam quod noster adversarius in durando fefellit multos qui
dies bonos in terris nunquam habuerunt quorumque vita pessimum exitum
est sortita Unde etiam adversarius noster dominavit olim dum omnia
regna mundi sibi per nos oblata si nos adoraret refutavit ut vo-
bis notum est Absit quod talis fatuitas occupet in vobis ingenium vestrum istis
~~nam~~ versuciis et astuciis nostris adeo illuminatum tenemus quod dominam
nostram detestandam paupertatem et nobilissimam dominam Symoniam sororem
nostram dulcissimam infinito thesauro opulentam melius cognoscere
et scripturarum nostrarum subtilius ad sensum nostrum reducere novistis
quam nostri adversarii sequaces simplicitatis illi cum sua felicitatem
in illa abhominabili et maledicta paupertate quae omnem generat confusionem
quesierunt Ipsa vero procul est a vobis Nam illam germanam vos
non solum gratanter sed eciam cum aviditate dignitates beneficia officia
et universa alia quaecumque lucrum et honorem inferentia quociens vobis
offeruntur suscipitis nostri et in quantitatibus sicut ~~constant~~ sunt recipere conamini
thesauros infinitos plus et diligencius quam ille qui dixit aurum et
argentum non est michi congregando Non quidem discalciati et
pedestres veludque cepti regimentis ad instar ~~deorum~~ illorum simplicianorum discipulorum sed

Margin: iam [illegible] habituri

in ecclesijs sed equestres ingrediamini equis et mulis nuptiali decore
adornatis preciosissimis vestitu decorati pompatice et aspectibus
ambitiosis sicut decet mundi principes et deorum filios incedunt
pomposos. Vos usurpatis vobis titulos excellentissimos in
superlativo gradu illorum descripcionem appetentes et multo quam pro se
sibi nec non nisi eminencioribus status vestri principibus qui eorum
ministro plus vacare possunt ad heredes convenerunt Similiter et
prefata nobilissima domina Symonia talismodi amatores suos
favore plus alijs prosequi delectatur Studendo vestrum est ambulare
in amplissimis vijs altis per nos subtiliter vobis ostensis et noti-
ficatis ad culmen honorum et ad summa vestigia dignitatum fortiter
anhelantes et assidue laborantes pro eisdem tam per ypocrisim
adulacionem et fraudes quam et per regulas cancellarie et constituciones
per prefatam dominam Symoniam ad vestram [exaltacionem sunt] dampnacionem [infinitam] institutas
Nec contenti de omnibus que continue vobis cedunt et accrescunt in
augmentum ~~anis~~ comminacionem vestrarum, vos edificatis vobis pallacia
magna cum conquisitis amenitatibus mansionibus delicatissime
vinitis splendide epulando et ventres per crapula ultra modum
in crassando etc. O societas gratissima olim [per] prophetam repleta
cum te Johannes vocavit Sinagoga sathane et te designat per mulierem
magnam que fornicata est cum regibus terre O fratres mei et
cives Babilonis qui adhuc iherusalem ~~transmigratis~~ multo vos
diligo dumque quia petri leges neglegitis, legibus quas Symon magus [et pecunie auri statuta]
docuit diligentius ~~ibus~~ insistendo verum ~~falsum~~ falsum, et falsum verum
dicitis, [statutum pariter] in templo vendentes et ementes, turpiter distribuitis beneficia
indignis et iniquis illa conferendo pauperibus [illa denegatis]
promoventes latrones garciones raptores et filios proprios ut here- [querentando]
ditate possideant studentes dei semper bonum preparare querendo et
breviter omnia genera scelerum vestrorum meum beneplacitum omni studio [clam ... et ... dulcedine ... peter]
perpetratis poenitencie et suffragiorum pane fidei possessores laborando
nam multi sunt [qui] in sudore videantur taliter quod laici videntes opera
vestra de fide [quam] predicatis dubitare incipiunt factis et non verbis
vestris sequentes scientes itaque vos ipsos in exemplum positos super-
se benefacere dum vident regulam turpitudinis vestre, eodem namque modo
sicut et vos ambulant in pelagis vicorum [scilicet] ~~proprie~~ tanta confluit
ad eos variarum multitudo armatorum quam vindictas cohortium
nostrarum vix sufficit per eorum ministerio tot enim nos destinatis quod omni
genere quotquot insaciabile nostrum chaos suis cum famulis in modo
potest deglutire et ex hoc mea propria principatus aliquantum re-
formatus modo quod gaudent referimus in malia suscipit intermeta

[Left margin:] et inmodicabiles statuit ad ... [illegible]

Vestram igitur diligentiam omnino recommendamus operantes ut mundum fere
mundum per vestram operam nobis utique placidam dicioni nostre debere
finaliter subiacere Et quia in paucis fideles fuistis et solliciti expedit
ut constituamus super multa Aliis siquidem imperii nostri diversis negociis
multipliciter prepediti vobis nostras committimus vices vosque nostros vicarios
esse volumus sine aliqua revocatione de vestra persona nichilominus confidentes
vestram hortamur universitatem ut nostri antichristi tunc adventum presente
esse curetis studiosius preparare sicut fidelissimi precursores Cumque etiam
ad vos tamquam eos qui in mundo summos obtinent honorum et dignitatum
apices ceteris minoribus spectat in consiliis maiorum consulimus ad cautelam
ut inter principes ecclesie sub specie bone fidei pacis captetis media nonnumquam
plurium invidia discordias seminantes et dissensionum materias
nutrientes ne pacis cupidi et in tranquillitate vivere statum vestrum
destruant et vobis auferre valeant thesauros male congestos quos utique
apud vos in deposito usque ad ipsius antichristi adventum volumus conservari
Et ne deficiatis in vestris operationibus nonnullos de satrapis inferni
vobis in consilium et auxilium deputamus quorum suggestionibus sicut expedit
acquiescite a dolosis adinventionibus minime desistentes quemadmodum vestra
prudens sollicitudo facere hactenus est consueta Caveatis insuper ne a vobis
concedatur illa quoniam nostra apostatrix quam cum filiabus nostris contrariis
predicat unus illas et dominam Symoniam nostram vestram que
vos genuit et nutrivit relinquentes omnia vicia que hiis contigerint
sub virtutum specie palliantes et pro iure divino audacter allegantes
quamvis quibus mediantibus scelera vestra glosari poterunt et ad possibilia
reduci Si quis autem attemptaverit predicare contra vestras opiniones
vel aliud docere quam vobis videtur tenendum publice vel occulte
per sententiam excommunicationis anathematizare [illegible] mandamus quem et vestris apostolis opprimere et
tamquam hereticum contra omnes dogma sive textorum contemptorem
sine mora studeatis ultra
alios mundi principes secularis status potius eleganciis principalibus
ut ex hoc locum ab origine mundi vobis una nobiscum preparatum
valeatis apud nos obtinere Cum vos adeo in occupationibus observamus
quod eciam novum quasi de satrapis maioribus regni nostri attendere
noverit. Abstinencia totius felicitatis pro valore et ulterius premium vobis
debitum constituimus Et si per premissa vel aliquod premissorum incurristis
aut incurreritis irregularitatem aliquam super illa tenore presencium
vobiscum misericorditer in diabolo dispensamus Datum et actum in
centro terre nostro solito in pallacio nostro tenebroso demonum catervis
presidentibus cum quibus etiam super hiis premissis celebravimus consilium
plenarium Sub nostro terribili caractere qui gerit figuras mortis
eterne in robur omnium premissorum hac vice roborari in perpetuum
duraturum

[illegible] super premissis de [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ad [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible]

[illegible] ad [illegible]
[illegible]
[illegible]